



Thomæ Smithi
Angli
DE REPUBLICA
ANGLORVM
Libri tres.

QVIBVS ACCESSERVNT
Chorographica illius descriptio, aliqve politici tractatus.

Autho[r] Thom[as] Smithi



LUG. BATAVORVM
Ex officina Elseviriana
cl[odovico] I[ulio] c[on]s[ul]i xxx.

CVM PRIVILEGIO

*Nobilissimo, Amplissimo, Cla-
rissimoque Viro,*

D. THOMÆ GLEMHAMO,
Equiti aurato fortissimo,
Affini suo plurimum
honorando:

*Hunc commentariolum de Regno An-
glia, in debita observantia & sin-
cera amicitia testimonium*

Dedicat

IOANNES de LAET,
Antverpianus.





I.

ANGLIÆ CHOROGRAPHICA
ca descriptio compendiosa, è Cam-
deno, Speedo, & aliis.

Britannia, insula totius or-
bis celeberrima, interfuso
oceanò ab Europæ conti-
nente discreta, Germaniæ
& Galliæ figura triquetra
objacet: tribus in diversa præcurrenti-
bus promontoriis; Belerio, quod so-
lem occidentem; (vulgo *the Lysard
point*;) Cantio, quod orientem; Tar-
visio sive Orcade, quod septentriones
prospectat. Ab occasu, qua parte Hi-
bernia sita est, Vergivius oceanus ir-
rumpit. A septentrione vastissimo Hy-
perboreo mari pulsatur. Ab Ortù, qua
Germaniæ prætenditur, Germanico; à
meridie, qua Galliæ opponitur, Bri-
tannico urgetur.

Dimensionem varie antiqui prodi-
derunt; nostra autem ætas ex multis
multorum itineribus certam quodam-
modo totius insulæ jam tandem depre-

A. hendic:

rosæ familiæ; quarum centum, inquit Speedus, numquam se majestatis læsæ reas fuisse jactare possunt.

Cestrenses nulli nationi bonitate & præstantia cedunt; regio nobilitate & viris bellicosis fœta. fœminæ formæ præstantia & pulchritudine facile cæteris præstant.

Northumbri bellicosi sunt, & optimi velites, quippe Scoticis bellis exerciti.

IV.

THOMAE SMITHI
DE REPUBLICA ET ADMINISTRATIONE Anglorum,

Libri primi

C A P. I.

Rerumpublicarum atque administrationis varias esse formas.

QU I de rebuspublicis hætenus scriptum aliquid literis consignarunt, in tres imperandi formas purissimas & genera maxime præcipua eas contulerunt. primam, ubi in potestate unius summa rerum est, *monarchiam* Græci dicunt: alteram in paucorum arbitrio positam

æs-